Id.? var.? Gall. mer. = *A. longicollis* Schm. Italia sup. et media nec non Sardinia sat diffusa species; pedemontana nostra intensius plerumque nigro-gagatina, pedibus penitus fere nigris, tibiis tarsisque brunneis. Praeter maris insignia ab auctoribus, a D. Brisout (loco supra citato) praecipue accuratius delineata (in Lafertei Monogr. tab. 29. fig. 2. *c* femorum spinula erecta ad quadrantem a basi deficit) hae patent; pedum tibiae anticae introrsum dense flavo-hirto-villosae, mediae villis tenuissimis, longioribus, seriatim dispositis ornatae; abdominis segmentum ventrale quintum apice truncatum, lobis utrinque triangularibus, corneis ex eo saepe saepius emergentibus.

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



Variant interdum cypria atque caucasica elytris profundius fortiusque punctatis, villositate minus subtili indutis, pedibus, pariter ac in Etruscis, ferrugineis, femoribus apice tantum infuscatis.

*Anthicus gracilis* Panz. Germ., *bimaculatus* Dahl Austria, Gall. mer. = *A.* id.

*A. Steveni* Dej., *cruciatus* Stev. Ross. mer. = *A. gracilis* Panz. apud nos Italiae tantummodo superioris orientalis incola videtur.

*A. instabilis* Hoffm. Gall. mer., *rufipes* Dahl Austr., *cursor* Stev. Tauria, tum Hisp., Sard., Dalm. = *A.* id. Schmidt. [6])

*A. terminatus* Dej. Graecia = *A.* id. Laf.; duo in coll. mea, olim a Prof. Schaum e Ross. mer. hoc nomine missa plerisque conferunt, nec meo judicio specifice disjungenda etiamsi hisce abscedant: corpus luteo-testaceum, caput sat distincte punctulatum fuscum, thorax paulisper brevior, elytra immaculata, quibus forte melius *piciceps* Desbr. refertur: animadvertendum vero Dejeanianae collectionis specimen omnino vetustum, longa verisimiliter immersione inquinatum. Unicum ex. in coll. Bauduer variat capite, antennarum apice femoribusque nigris, elytrorum macula scutellari apiceque fuscis.

*A. riparius* Dej. Gall. mer. Solier, Hisp., Sicilia, Dalm., *inquisitor* Gené Sardinia = *A. humilis* Germ. typice sec. Laf. depictus nec non e Gallia merid. var. *B.* Truqui cujus alia nonnisi quam sardoa specimina vidi; maribus ejus abdominis ventrale segmentum quintum obsolete admodum inaequale, sardois plerisque elytra subtilius punctata.

Id., *humilis* Germ. Germaniae ad lacum salsum = *A. humilis* var. *δ* Laf.

Id. *myrmecinus* Ullrich Illyria = *A. humilis* varietates *b* et *d* Laf.; subjuncta var. *b* Laf. spec. e Georgia nom. *nigrofasciatus* Motsch.

Id., *calycinus* Stev. Caucaso = *A. humilis* var. *C.* Truqui ad quam plura ejusdem varietatis, capitis thoracisque habita ratione, cypria specimina accedunt; ea inter attamen hoc intercedit discrimen: cypriis elytra subtilius punctata, color intense brunneus vel

---

[6]) *A. ophthalmicus* Rott. e Sicilia mihi in natura haud cognitus *instabili* valde proximus videtur, cujus itidem omnimode depicta haud raro occurrunt merid. Italiae, sicula quoque spec.; thoracis attamen ab auctore allatae structura abesse videtur.

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



ater, in caucasico vero, pariter ac quaedam eadem e regione a D. Reitter missa corpus magis, utpote in sardois obscurioribus, elongatum, elytra vix quam normaliter subtilius punctata, sive castanea, sive brunneo-ferruginea, unicolora.

(Subjunctus huc in coll. *A. Bremei* Laf. e Gall. mer., Sardinia et Beryto, meo etiam judicio, ex DD. Truqui et Brisout sententia distincta ab *humili* species. *A. longipilis* Bris., interdum etiam elytris confuse maculatis variantis, gallica nonnulla in coll. Bauduer, quaedam cum *humili* commixta a D. Oberthür circa Barcellona collecta sedulum post examen discriminare valui, omnibus praesertim elytris parcius punctatis, antennarum art. primo supra dentato ab illo distinctis; thoracis porro postice transversim depressi character minime firmum.)

*Anthicus subfasciatus* Dej. Gall. or., Insubria, Etruria = *A. Schmidtii* Rosh., *subfasciatus* Laf. inundante Pado apud nos interdum copiose collectus, et in Caucasibus regionibus vivit.

*A. unipunctatus* Dej. Hisp. = *A. Schmidtii* var. c Laf.

*A. humeralis* Gebl. Sibiria Gebler = *A.* id. Gebl.

Dejeaniani Catalogi ordine nimis a D. Laferté Monographiae methodica dispositione abscedente, potiori consilio censui huc omnes colligere intersparsas Anthicorum species, quibus Collectio ipsa a D. Breme locupletata, tum cyprias et syriacas a D. Truqui adjunctas.

E Manipulo III. sec. Laf. *A. erro* Truq. Beryto.

E Man. IV. *A. ustulatus* Laf. Beryto et Cypro: *fatuus* Truq. ibid.: *incomptus* Truq. Cypro, tum Caucaso a D. Leder: *villosulus* Tr. Syria.

*A. Morawitzii* Desbr. Ross. merid. Sarepta, *humilem* prope methodice sistit; sexualia discrimina ut in illo identica.

*A. debilis* Laf. Sicilia; etiam Caucaso a D. Reitter ad examinandum missus: a cl. auctoris porro descr. sp. haecce corporis pictura variat: corpus nempe atrum, antennis pedibusque ferrugineis, femoribus leniter infuscatis aeque ac illarum dimidio apicali. Capite verumtamen elongato, elytris subtiliter punctatis, planatis species haecce melius fortasse in Manip. XVI. prope *ruficollem* complectenda.

*A. minutus* Laf. *cursor* Gené Sardinia, Hisp. Ghiliani cum var. c Laf., *lateralis* Küst. Quaedam e Carthagena Hispaniae a D. Oberthür collecta variant capite thoraceque obsoletius subtillimeque punctulatis, sublaevibus, elytris minus profunde parciusque punctatis. Algirica nonnulla e contra statura validiora, capite tho-

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



raceque paulo evidentius, elytris multo fortius, profundius, crebrius fere quam in normalibus punctatis, maris thorace magis, foeminae minus ante basin constricto, antennis validioribus: corpus eis laete ac fere uniformiter rufo-ferrugineum, pubescentia flava minus subtili. Etiam ad Adriatici oras prope Ravennam a me ipso olim inventus.

Var. *blandulus* statura minor, capite paullulum, thorace elytrisque duplo crebrius punctatis, illius punctura fortiore, elytrorum subtiliore, subregulariter seriatim disposita, pube hisce magis subtili densioreque indutis: caput relative minus, antennae longiores, thoracis basin attingentes, apicem versus leniter sensimque, fere ab art. quinto incrassatae. Tria spec. e Sicilia, Hispania etiam e coll. D. Puton.

*Anthicus Cerastes* Truq. Cypro, conforme e Syria spec. in coll. D. Bauduer extat.

E Man. VIII. *Anthicus phoenicius* Truq. Beryto.

E Man. X. *A. solers* Laf. Mesopotamia Truq.

E Man. XI. *A. ornatus* Truq. Cypro et Beryto.

E Man. XII. *A. tenuipes* Laf. Cypro Truqui; et ipse ex Asia min. a D. Frivaldszky accepi. Ei forma sat affinem at uniformiter parceque pubescentem *A. femoralem* Desbr. e Ptolemaide in coll. D. Bauduer, plane distinctam sp., vidi.

E Man. XIII. *A. armatus* Truq. Cypro.

*A. crinitus* Laf. Senegallia a D. Breme, Cypro Truqui.

*A. umbrinus* Laf. Dauria Breme a D. Mannerheim, descriptioni conformis at valde *setuloso* Thoms. affinis.

*A. niger* Ol., *morio* Laf. Cypro Truqui; Sardinia, Ross. mer. Armenia rossica: in Italia centrali interiore, a mare procul, etiam sat obvius, descriptioni apprime consonus. Cypria vero et syriaca normaliter graciliora, picea vel brunnea, antennis basi pedibusque fere totis plus minusve obscure ferrugineis; capite basi saepius minus lato, subtilius punctato; thorace elytrisque pube paulo densiore longioreque obtectis, hisce minus fortiter, paulo densius punctatis, punctura etiam postice, licet paulo subtiliore, diffusa. Hunc pone *A. setulosus* Thoms. methodice collocandus videtur, thorace, prae ceteris, minus confertim punctulato ab *antherini* var. ε Laf. plane distinctus.

*A. scurrula* Truq. Cypro.

*A. biguttatus* Laf. Sard. Gené: e Corsica spec. quoque vidi.

*A. Genei* Laf. Sardinia Gené, Sicilia; Neapolin et Byzantium circa, atque in Gall. mer. passim obvius.

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



E Man. XIV. *Anthicus fenestratus* Schm. Beryto Truqui, Sardinia; praeter mediterranea litora Romae etiam in *Achilleae millefolii* floribus sec. D. Pirazzoli interdum vulgaris; et e Caucaso a D. Reitter.

*Anthicus fumosus* Luc. Sard. Gené: praeter Algiriam etiam Corsica et Histria.

E Man. XV. *A. insignem* pone methodice collocandus videtur *A. Paykullii* Gyll. cujus a D. Oberthür quaedam ad Hispaniae Montserrat, a D. Bauduer e Pyrenaeis or. recepi; variat interdum elytris sub villositatis albidae fascia postica ferrugineo vel carneo transversim maculatis; varietas haecce in coll. gallicis nom. *incisus* Pandelle inscribitur.

E Man. XVI. *A. longiceps* Laf. Sicilia: maximum statura spec. D. Ragusa ad examinandum misit, elytris nitidis, nigro-metallescentibus, pubescentia inaequaliter sparsa, fere ut in versicolore, iridescente. Alterum ex Algiria statura minorem, minus nitidum D. Emery tradidit.

*A. sidonius* Truqui. Unicum huiusque visum spec. e Sidone typicum, meo judicio praecedentem inter et *dichroum* cognatus, capite nempe pone oculos sensim basin versus attenuato, etiamsi basi truncato (unde subquadratum ab auctore dicitur), antennarum art. penultimis sat latitudine longioribus, elytris planiusculis, relative ampliatis, subtillime parceque punctulatis, tantisper inaequaliter sericeo-pubescentibus, corporis totius demum habitu eis proximior. Elytris apice ad angulum suturalem leniter porrectis, acuminatis, eum juxta utrinque sinuatis, pene exserto, mas patet.

*A. dichrous* Laf. Sicilia nec non e Senensis provinciae Monte Amiata a D. Verdiani cum *ruficolle* collectus: ei verumtamen valde proximus statura et habitu, distinctus attamen thorace pone medium magis coarctato, dorso ibidem, plane ac *longiceps*, rugoso-punctato, elytris subtillime vix perspicue punctulatis, pube subtiliore, longiore, albido-sericea, dimidio antico irregulariter disposita ornatis.

Hunc pone collocandus videtur *A. callimus* n. sp.: *elongatus, capite thoraceque oblongis, illo nigro-subaeneo, hoc crebre subrugose punctato, dimidio basali angustato; elytris ferrugineis, plaga communi scutellari, laterali in singulo oblonga apiceque calloso, laevigato piceis, subtillime punctulatis, inaequaliter sericeo-pubescentibus, antennis, apice excepto, pedibusque testaceis.* — Long. 1 lin.

Praecedenti nec non *versicolori* Kiesw. affinis, hoc paulo longior, capitis thoracisque structura fere conformis, elytrorum autem summopere abscedens. Caput pone oculos elongatulum, angustius

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



postice rotundatum, subtiliter obsoleteque punctulatum, nigro-aeneum, submicans; antennae sat longae, articulis plerisque elongato-obconicis, 10 breviore, ultimo eodem duplo fere longiore, atro, reliquis flavo-ferrugineis. Thorax latitudine antica evidenter longior, antice globosus, pone medium coarctatus, summa basi leniter denuo dilatatus, crebre, parum profunde, subrugose punctatus, paullulum densius quam caput pubescens, piceus, summo apice basique late ferrugineus. Elytra elongata, basi subtruncata, lateribus subparallela, basi relative quam in *versicolore* latiora atque minus lateribus ampliata, ad trientem circiter anticum pone torulum scutellare subarcuatim impressa, ferruginea, plaga magna triangulari baseos communi, macula oblonga subovali ad laterum medium in singulo, margini proxima, a sutura remota nec non apice piceis, sutura a triente antico ad quadrantem posticum carinaeformi, summo apice infossa, subtillime, paulo minus dense, quam in illo, punctulata, singulo apice rotundato, calloso, sublaevigato, pube albido-sericante, irregulariter disposita ornata. Corpus infra nigro-piceum, pedibus testaceis, tibiis tarsisque dilutioribus.

Duo, verisimiliter mares, ex Hisp. merid. olim accepti.

*Anthicus versicolor* Ksw. Hisp., habitu suo in hoc etiam manipulo complectendus videtur.

*A. Baudueri* n. sp.: *Oblongus, tenuiter pubescens, niger, antennis validis thoraceque oblongo basi rufo-testaceis, pedum longiorum tibiis tarsisque flavo-testaceis; capite obovali thoraceque subnitidis crebre distincteque punctatis; elytris oblongo-ovatis, leniter convexis, thorace basi parum latioribus, subtillime parceque punctulatis.* — Long. 1 lin.

Caput nigrum, latitudine fere longius, pone oculos cum basi regulariter fere rotundatum, in mare elongatulum, subaequaliter crebre, subtiliter suboblonge vel rugose punctatum; antennae sat elongatae, validae, art. primo crassulo, fere ab art. quinto leniter, in mare fortius, compresso-dilatatae, articulis conicis, 10 crassitie vix breviore, ultimo elongato, acuminato, nigrae, art. quinque primis rufo-ferrugineis. Thorax latitudine longior, dimidio antico regulariter subrotundatus, capitis aequali latitudine, a medio sensim basin usque prope emarginatim attenuatus, basi ipsa leniter ampliatus ac subtillime marginatus, foveis lateralibus parum profundis, oblongis, dorso subtiliter sat dense punctulatus ac tenuissime pubescens, minus intense quam caput niger, lateribus latius, basi anguste ferrugineus. Elytra thorace nec non earundem latitudine maxima fere in medio sita vix ultra duplum longiora, basin paulo

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



magis quam apicem versus attenuata, basi subemarginatim truncata, thoracis basi paulo latiora, humeris fere nullis, dorso modice convexa, aequalia, subtillime parceque punctulata et griseo-pubescentia, nigra, apice truncata, sutura apice in mare infossa, margine apicali extus in singulo plicato, in foemina ad angulum suturalem sat dehiscentia, angulo rotundata. Pedes mediocres, femoribus praesertim elongatis, fuscis, tibiis tarsisque flavo-testaceis, horum art. unguiculari interdum infuscato.

Mas ex Oran Algiriae thorace paulisper angustiore, elytris utrinque minus ampliatis, foemina e maris Caspici oris a D. Bauduer sub nom. *depressus* accepta; ab hac quantum abscedat ex descriptionibus collatis patet: ab humanissimi conlegae nomine, qui hac etiam pro familia divitias suas omnes communicare non haeruit, speciem indicere gratitudinis munus.

*Anthicus dolichocephalus* n. sp.: *Nitidus, nigro-piceus, griseo-pubescens, capite subaeneo thoraceque laete rufo angustatis; elytris planatis, subparallelis, subtiliter punctatis, antennis basi tarsisque fuscis, tibiis luride testaceis.* — Long. $\frac{3}{4}$ lin.

*A. versicolori* prae caeteris elytrorum forma et statura proximior, capite praesertim elongato, angustato ab affinibus omnibus plane abscedens. Caput latitudine sua maxima ad oculos, plus quam sesqui longius, illos pone leniter rotundatum, sensimque collum usque attenuatum, parum convexum, subtillime parceque punctulatum, nitidissimum, aeneo-virescens; os atque antennae nigra, hisce art. 2—5 obscure ferruginei, graciliusculae, articulis ultimis crassitie longioribus. Thorax parvus, obovatus, paulo ante basin leniter attenuatus, latitudine parum longior, foveis lateralibus obsoletis, basi distincte marginatus, subtillime parceque punctulatus, subglaber, laete rufus, interdum leniter disco antico infuscatus. Elytra oblongula, basi recte truncata, in mare tantisper magis quam in foemina lateribus parallela, ad trientem posticum leviter admodum ampliata, dorso depressa vel parum convexa, scapulis in mare tantisper torulosis, eas pone interdum impressa, subtiliter, obsolete interdum punctulata, nigra, pube grisea tenui parce obducta, apice in foemina truncata abdomineque breviora, in mare paulo longiora, apice ad suturam dehiscentia atque leniter tumidula, apice summo spinula recta, sat perspicua munita. Pedes graciliusculi, nigri, tibiis luride testaceis, tarsis interdum fuscis.

Ab *A. Bruckii*, ex descr., corpore intense nigro, nitido, thorace latitudine parum longiore, basi distincte marginato, laete rufo,

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



nec non elytris spinula apicali in mare armatis praecipue discedere videtur.

A D. Oberthür in Algiriae regione a pago, Bou-saada dicto, parum remote copiose collectus atque amice donatus.

*Anthicus pumilus* n. sp.: *Nigro-piceus*, *nitidus*, *subtillime albido-pubescens*, *capite subovato*, *laevigato thoraceque oblongo*, *punctulato*, *nitidis*; *elytris planiusculis*, *parallelis*; *tibiis tarsisque obscure testaceis*. — Long. vix $\frac{2}{3}$ lin.

Statura parvus, niger vel nigro-fuscus, pube subtili brevique albescente parum dense, elytris uniformiter indutus. Caput nitidissimum, sublaeve, latitudine fere longius, pone oculos modice prominulos sensim paulisper attenuatum atque cum basi rotundatum; antennae modice elongatae, graciles, nigrae. Thorax latitudine fere capitis, eadem sat longior, a medio ad apicem sensim, leniter rotundatim, attenuatus, basin usque a medio leniter angustatus, quam in *olivaceo* angustior, foveis lateralibus obliquis angustisque sat impressis, basi distincte marginatus, dorso subtillime confertimque punctulatus, equidem vero nitidus, interdum subaeneus. Elytra modice elongata, basi truncata, thoracis baseos duplo fere latiora, ab humeris subrectis dimidium usque prope leniter ampliata, dein apicem versus vix attenuata, apice subrecte truncata, angulo suturali rotundato, dorso planiuscula, ad scutellum suturam secus brevi spatio longitudinaliter callosa, subtillime sat dense punctulata, tenuiter breviterque albido pubescentia. Pedes graciliusculi, nigro-picei, tibiis tarsisque luride testaceis.

Ab *A. olivacei* varietate minore, de qua infra, statura adhuc minore, capite retrorsum longiore, magisque rotundato, laevigato, antennis concoloribus, thoracis maxima latitudine in medio sita, basi marginato, elytris magis planatis, minus elongatis, costula basali juxta suturali, distinctius punctulatis etc. optime distinctus.

Quae vidi verisimiliter foeminae a D. Puton examini commissa, ex algirica regione Misserghin dicta relata.

E Man. XVII. *A. aspelius* Truq. Cypro.

*A. mylabrinus* Gené Sardinia: et e Sarepta in coll. Bauduer.

*A. leptostemma* Kolen. ad Portas-Caucasiae, Derbent nunc dictas a D. Faust collectus ac missus.

*A. rectipenni* Laf. dubiosus duo retuli a D. Reitter e Caucaso ad examinandum missa, quae, notis praecipuis cum descriptione convenientia, hisce abscedunt: corpus nigrum thorace penitus concolore, basi distincte marginato: elytra apice callosa, callositate extus lineola, vel punctulo oblongo limitata; maris caeterum

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



saepius hac in sectione peculiare character. Caput transversim quadratum, postice recte truncatum, vertice leniter foveolatum, utpote in praecedente satque profunde punctatum: antennae quam in eodem paulo validiores, basi brunneae.

*Anthicus corsico* facie atque statura valde affinis *A. lividipes* Desbr. e Syria in coll. Bauduer thorace praesertim breviore elytrisque aliter depictis pulchre distincta species.

*A. Oberthüri* n. sp.: *Elongatus, nitidus, obsolete punctulatus, flavo-pubescens, ater, thoracis basin versus leniter attenuati postico, elytrorum macula anteriore triangulari fasciaque postica, antennis basi, tibiis tarsisque flavo-testaceis; capite lato, pone oculos attenuato; antennis gracilibus; elytris subparallelis, antice sulcatis.* — Long. $1\frac{1}{5}$ lin.

*A. fasciato* normaliter sec. Laferté depicto facie proximus, at major, praesertim longior, nitidior, eo quod minus dense etiamsi minus subtiliter pubescens, ab eo, *venusto* atque praecedentibus thoracis forma praecipue discedens. Caput sat latum, pone oculos modice prominulos paulo magis retrorsum attenuatum, cum basi regulariter semiorbiculare, fronte media late, parum profunde impressum, omnium subtillime parceque punctulatum et pubescens, nitidum, cum palpis nigrum: antennae quam in *fasciato* graciliores, apicem versus paulo crassiores, flavo-testaceae, articulis tribus ultimis fuscis. Thorax *nectarino* fere identicus, longe subtilius obsoletiusque punctulatus, capite angustior, latitudine vix longior, antice globosus, leniter basin versus attenuatus, lateribus ante basin obsolete impressus, supra convexus, nigro-piceus, summa basi, lateribus infraque testaceus, basi obsolete marginatus. Scutellum elevatulum, integrum. Elytra basi recte fere truncata, humeris subrectis, prominulis, lateribus subparallela, thorace sesqui latiora, latitudine ultra duplum longiora, scapulis convexiusculis, has inter suturam secus distincte canaliculata, pone vix impressa, omnium subtillime, vix perspicue punctulata, nigra, macula in singulo laterali ad trientem anticum transversim subtriangulari fasciaque postica communi latiuscula, rectilinea flavo-testaceis, minus subtiliter flavo-pubescentia, pube depressa, ad maculas anticas confuse divergente, ad fasciam posticam paullulum densiore ornatis; apice (in mare) ad suturam tantisper singulo rotundato, tumidulo, limbo apicali puncto profundo impresso. Corpus infra cum femoribus, coxis anticis exceptis, nigrum, tibiis tarsisque flavo-testaceis.

A D. Renato Oberthür ex algirica regione Ain-Kalè relatam

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



speciem amici sodalis nomine indixi: *corsicum* inter et *fasciatum* locum obtinet.

*Anthicus taeniatus* n. sp.: *Elongatus, nitidus, subtillime parce pubescens, nigerrimus, thoracis oblongi, fortiter foveolato-constricti, dorso antice canaliculati dimidio basali, elytrorum fascia pone medium luteis; capite pone oculos orbiculari; antennis validis, art. 2—3, tibiis tarsisque flavo-testaceis.* — Long. $1\frac{1}{4}$ lin.

Inter affines statura validior, sat elongatus, nitidus, intense niger, parce breviterque pubescens. Caput sat latum, pone oculos leniter prominulos orbiculare, modice convexum, subtiliter parum dense punctulatum, fronte media foveola impressum; os nigrum; antennae validae, attamen sat elongatae, nigrae, articulis secundo tertioque testaceis. Thorax latitudine longior, lateribus ante medium sat rotundatus, inde apicem usque subconicus, truncatus, subito pone medium constrictus, utrinque profunde foveolatus, lateribus a dimidio basin usque fere subparallelus, limbo basali tumidulo, toto distincte marginato; antice medio longitudinaliter canaliculatus, distincte sat crebre, postice obsolete punctatus, limbo antico infero dimidioque fere basali luteus. Elytra thoracis maxima latitudine vix sesqui latiora, latitudine paulo ultra duplum longiora, basi subquadrata, lateribus subparallela, scapulis late convexis, eas inter leniter impressa potius quam caniculata, sutura ibidem subtiliter carinaeformi, ad trientem anticum dorso transversim impressa, apice attenuata atque ad angulum suturalem dehiscentia, singulatim angustius rotundata atque tumidula, limbo apicali puncto oblongo, profundo impresso (♂); subtiliter parum dense punctulata, uniformiter pubescentia, nigra, fascia penitus rectilinea et integra lutea paulo post medium ornata. Corpus infra nitidum, nigrum, tibiis tarsisque, his art. unguiculari excepto, flavo-testaceis.

Marem vidi in Oranensi provincia a D. Leder lectum atque a D. Reitter humaniter communicatum: thoracis praecipue structura nec non luteo colore distincte definito a *venusto* cui proxime subjungendus nec non ab affinibus plane distinctus.

*A. Ghilianii* Laf. Hisp. mer. Ghiliani.

*A. andalusiacus* Laf. Andalusia.

*A. Aubei* Laf. Hisp. mer.

*A. zonatus* Laf. Sardinia Gené.

*A. scaurus* Fairm., *tortiscelis* Mars. Algiria.

*A. valgus* Fairm., *varus* Mars. Algiria: intermediam quasi hoc in manipulo species haecce cum precedente inter sectiones A et B sec. Laf. constituere videntur, quibus et addendus *A. Leprieuri*

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



Desbr. in coll. Bauduer prostans, cujus unicus mas Algiriae (Oran) equidem incola, *valgo* praecipue valde affinis; totus pariter niger, nitidulus, subtillime, elytris antice irregulariter, albido-pubescens; corpore attamen brevior, capite basi magis rotundato, thoracis latitudine, hoc anterius latiore, postice inter foveas laterales fortius attenuato-compresso, elytris magis depressis, longitudinaliter haud arcuatis, basi recte truncatis, subtilius densiusque punctatis, paulo magis apice productis, ad suturam vix dehiscentibus, utrinque minus profunde excisis, excisuris magis inter se remotis, earum margine extimo haud dentiformi tibiis posticis verticaliter compressis, dilatatis, extus medio arcuatis, ad arcus maximum intus emarginatis, quasi flexis, haud angulatis; a *valgo* plane distincta sp.

*Anthicus ochreatus* Laf. Algiria: variat interdum minor, Algiriae Biskra Oberthür, Hisp. mer., viridescenti-aeneus, elytris obsoletius punctatis: maribus hujusce plerumque thorax latiusculus ac minus attenuatus quam in foemina videtur.

*A. olivaceus* Laf. Hisp. Ghiliani; aeque ac praecedens variat, Hispania, Algiria, Corsica, minor, viridi-aeneus, capite minore, postice magis rotundato, elytris subtilius obsoletiusque punctatis. A praecedentis varietate aegre tantummodo thorace elytrisque longioribus distinguitur.

*A. subaenei* Laf., huc proxime systematice subjungendi, specimina e Derbent D. Faust misit; *pauperculi* Laf. spec. ex Oran a D. Leder lectum examini D. Reitter commisit, pariter ac aliud e regionibus caucasicis ab eodem relatum, sat apte *mollis* Desbr. descriptioni respondens, unica foemina elytris apice concoloribus. Huc demum meo judicio collocandus *A. caspius* Desbr. e Ross. merid. olim a D. Stierlin acceptus, capitis thoracisque forma aliquantulum *veloci* Laf. accedens, pluribus attamen sane distinctus.

*A. Gorgus* Truq. Cypro, ab *A. Friwaldszkyi* Laf. omnimodo discedens.

*A. Lafertei* Truq. Cypro. Mas elytris paulo longioribus, basi subrecte truncatis, ad humeros sat angulatis.

*A. velox* Laf. Sicilia: a genuino interdum variat, Sicilia atque Italia merid., multo nitidior, multo parcius pubescens, capite thoraceque haud perspicue, elytris parce, subtillime obsoleteque punctulatis, tibiis obscure testaceis, tarsis fuscis.

*A. validicornis* Laf. Graecia.

*A. Fairmairei* Bris. Pyren. or.; variat spec. a D. Oberthür missum, ab eoque in Hispania ad Montem-serratum collectum sta-

2 *

©Biodiversity Heritage Library, www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at



tura minus, obsoletius punctatum, elytris parcius pubescentibus, areis e villositate argentea vix conspicuis.

*Anthicus Iscariotes* Laf. Jerosolymis Truqui.

*Ochthenomus punctatus* Dej. Hisp., Sard. = *O.* id. Laf.

*O. elongatus* Dej. Hisp. = *O. unifasciatus* Bonelli, *sinuatus* Laf. ad fluminum ripas atque sub corticibus tota Italia sat frequens: variat *caucasicus* mas a D. Reitter corpore validior, *punctato* statura et habitu consimilis, squamulis vix piliformibus dense obtectus; capite thoraceque latioribus, illo inter antennas profundius late depresso, antennis basi equidem gracilibus, at citius, jam ab art. sexto dilatatis; elytris relative latioribus, basi subemarginato-truncatis, scapulis non modo sed et humeris elevatulis, unde tum scutellum pone, tum intra humeros sulculata videntur, angulo apicali acutiore. Caput atrum, thorax cum antennis pedibusque ferrugineus, elytra fusca, apice laete testacea.

*O. angustatus* Dej. Hisp., *lapidarius* Ullrich Dalm., Tauria Steven, Sardinia = *O. tenuicollis* Rossi, *angustatus* Laf.

(*O. bivittatus* Truq. Cypro Truqui.)

# ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Deutsche Entomologische Zeitschrift (Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche Entomologische Zeitschrift in Vereinigung)

Jahr/Year: 1878

Band/Volume: 22_1878

Autor(en)/Author(s): Selve Flaminio Baudi a

Artikel/Article: Enropaeae et circiimmediterraneae Faunae Heteromerum specierum 1-20